



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

8. Aprilis. Fallendi temporis causâ ad te venientibus, de morte, e iudicio, similibúsque austeris, quæ istiusmodi hominum, quamvis insurduerint, mordaciter aures radunt, occurre: ita tibi & illis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

pulso audet semper pejora irritata voluntas.

Major persæpe defectus est punientis quàm puniendi: hic fragilitatis, ille passionis fructus est. Ex te documentũ cape, quocum aliis fieri expediat? si pro quolibet errore tibi censor incumberet, quĩ ferres?

### 8. Aprilis.

*Fallendi temporis causã ad te venientibus de morte, de iudicio, similibusque ausuris, qua istiusmodi hominum, quamvis insurduerint, mordaciter aures radunt occurre: ita tibi & illis consules; vel nim redibunt meliores, vel suffuranti tibi tempori deinceps abstinebunt. S. Igitur vitæ l. 4. §. 20.*

**N**ihil pretiosius tempore, & hujus funt amici, malo sanè damnosissimi si absque fructu, si in frivola consumatur.

Avarum híc esse oportet, nihil temporis indulgendum sine fœnore; si te, si aures si linguam commodas, exige animum, accipe compunctionem censûs loco, fructum collige spiritualement.

Esto peritus Alchimista: ex re qualibet aurum elice, De bellis, de negotiis illi

materiam suggerit, tu de pace cum Deo, de uno necessario repone; sic è luto margaritam, è scoria aurum collegisti.

Linguâ ut sus informem massam debitam in formam elaborat: hæc tibi pro penicillo serviat, quâ vel animal in hominem, vel hominem animale in Angelum efformes.

### 9. Aprilis.

*Mira mundo pax mecum est, dum, lingua Ignarus patria, bellum mundo tantisper non moveo: sine, possim in campum prodire, videbis in me totam urbem illico surgere, me verò undiq; pignantem. S. Ignat. vitæ l. 2. n. 18.*

**I**nvidus dæmon est, non finit inultus sibi animas eripi, pro his se opponit, bellum movet, cùmque ipse in aciem prodire publicam nolit, mittit fatellites, qui ejus causam vario prætextu bellissimè tueantur. Scit nempe animæ pretium dæmon.

Quos è Religiosis pluribus peti calumniis, & plurium odio expositos vides, hos animarum zelotes esse scito, contra quos orcus se vindicat; parcit hic otiosis, pacem iis non difficilem concedit, à quibus & ipse pacem habet.

E s

Nec